



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Mansuetudinis exempla. 27

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

iniuriam, fuisset; eos vero, ingenuè sincerèque diligere, nec signis quibus amor proditur vllis abstinere: vsque eò etiam, vt lautiora, quæ de cibo sibi ipse super mensam deduxisset, illis amanter suggereret.

XXVII. *Mansuetudinis exēpla.*

Die quodam euenit, vt nullo suo merito laceffitus, de ferenda, quam acceperat, iniuria, compressiùs aliquanto secum, violentiùsque dimicaret. Sensit animi luctantis indicia Præfectus; veritusq; ne perturbationi cederet, adolescentem è turba seducit; & consilium vt sibi per preces capiat, monet. Obtemperat alacer monenti; concipit preces. Inde animo ex tempestatibus in tranquillum redu-

Atque, ad eum qui læserat, illicò
 recurrit: & humi genibus aduo-
 lutus veniam, ceu læsisset ipse,
 inter amicissimos complexus
 petit. Ab alio pugnis non sanè
 humaniter acceptus, substitit,
 nihilo commotior; & fabulari
 cum eodem, velut amicissimo,
 perrexit: animo vultuque tam
 tranquillo, vt crederes beneficio
 conciliatum. At alter eò tum
 excandescere magis, quo nostrū
 videbat placabiliorem: atq; ite-
 rum verba, iterum pugnos, in
 innocentem ingerere. Quo to-
 to tempore Antonius precarivis
 habitu, & gratias agentis iur-
 etis inter se manibus, omnia pa-
 tientissime excipiebat. Idipsum
 & aliàs factitare semper vidi-
 mus; vt renidente vultu sustinu-
 erit, cum olim immerentem a-

lij si.

lij si
 hac
 ver
 nè l
 qui
 eius
 tis c
 tum
 qua
 neu
 go
 mit
 ing
 iur
 abu
 tis l
 tio
 dur
 arm
 citi
 rim

VBALDINI. 61

lij super alios, pilæ in modum
hac illac truderent, aut dictis
vernilibus, audientem inurba-
nè lacefferent. Par animi tran-
quillitas aderat, si quan-
do ipsa eius beneficia talibus hostimen-
tis compensabantur. Documen-
tum in sodali dedit: cui post-
quam mutuos olim numos be-
nevolè concessisset, eósque lon-
go post interuallo vtendos co-
mittere reposceret; ab homine
ingrato, nihil sanè argenti; sed
iurgij tamen, & conuitij retulit
abundè. Quam iste iniuriam sa-
tis habuit alto æternoque silen-
tio vlcisci. Eam ob rem miran-
dum adeo non fuit, si talibus
armis VBALDINVS, opinione
citiùs, cum ira (affectuum teter-
rimo) debellauit.